voχ diuina rendit Non est patris
tui anthonij: ſ; Thaysis meretcis.
Quod cum mane abbas paul⁹ re
tulisset: cognita dei voluntate abba
pafonci⁹ cum gaudio discessit Et
mox pfectus ad monisteriū: hostí
um celle dissipauit. Illa vero roga
bat: vt adhuc maneret inclusa.
Dixit autē ei. Egredere qm̄ remisit
de⁹ peccata tua Et illa rendit. Tes
tor deum. q̄ ex quo huc ingressa sū
ex omnibꝫ peccatis meis feci velut
sarcinā. et statui ante oculos me
os Et sic non discedit anhelitus de
naribus meis sic nō discesserūt pec
cata mea ab oculis meis sed flebā
semp illa cōsiderās Cui abbas pa
foncius dixit Non ꝓpter tuam peni
tenciam remisit tibi de⁹ peccata tua:
ſ; q̄ hūc timorē semp habuisti in
animo Et cū inde illā eduxisset: xv.
dies supuixit. ⁊ pausauit in pace.
Abbas quoq; effrem aliā meretricē simi
ferē modo conuertere voluit Nam cū
illa meretrix scm̄ effrem ad peccan
dū impudēter illicēt: dixit ei effrē.
Seq̄re me Qua seq̄nte: cū ad quē
dā locū vbi erat mag̃ multitudo ho
minū venisset: dixit ei Sede hic: vt
cōmisceat tecum Et illa Quomō pos
sum hoc facē: tanta multitudie hic
stāte. Et ille. Si hoies erubescis: nō
ne mag̃ tuū debes erubescē creatorē. q̄
reuelat occulta tenebrarū. Illa autē
cōfusa recessit. De nomine

Dyonisius interp̄tatur vehemen
ter fugiēs Vel dicit dyonisi⁹
a dyā qd̄ ē duo et nisus qd̄ est ele
uacō quasi scḋm duo eleuatus. s. scḋm
corpus ⁊ aiām. Vel dicit a dyone
qd̄ ē venus. s. dea pulchritudinis
⁊ syos qd̄ est deus quasi pulcer deo
Vel vt q̄dā aiūt. dicit a dyamsia
que vt dicit. ysidor⁹ est quedā gē
ma nigra valens cōtrā ebrietatem.
Fuit igit vehement fugiēs de mun
do per pfectam abrenūciacōē: ele
uatus p internam cōtemplacōem:
pulcer deo p decorē virtutū. valēs
peccatoribus cōtra ebrietatē vicioꝝ.
Hic ante conuersionē multa pnoi
na habuit. Vocatus ē enī ariopa
gita Item dict⁹ est theoseph⁹. i. de
um sapiēs. Item a grecoꝝ sapiēti
bus vsq; hodie dr̄ peristeā vranos
qd̄ latine dicit ala celi: q̄ in celū
ala spūalis intelligencie mirabilit
volauit. Item dict⁹ est macharius
i. beatus Item a pria dict⁹ est Ioni
cus. Ioica aūt vt ait papias vna
est ex linguis grecoꝝ. Vel ionice fūt
genera rotūdaꝝ columpnaꝝ Vel io
nicū vt idem dicit ēst pes q̄ habet
duas correptas sillabas ⁊ duas lon
gas. Per qd̄ ostēdit q̄ ipse fuit de
um sapiēs p occultoꝝ inuestigacō
nem: ala celi p celestiū cōtemplacō
nē beat⁹ p eternoꝝ bonoꝝ possessio
nem: Per alia ostēdit q̄ ipse fuit
mirabilis rethor p eloq̄nciam eccle
sie sustētator. Per doctrinā breuis si
bi p humilitatē: long⁹ alijs p carita
tem Augustin⁹ aūt in libro x. de ci
uitate dei dicit q̄ ionicū est gen⁹ phĭlo
soꝝ: scilicet ytalicū qd̄ ē ex pte ytalie
⁊ ionicū q̄ est ex pte grecie. Quia
ergo dyonisi⁹ sūm⁹ erat ph̄s: ideo an
tonomatice dicebat ionic⁹ Ei⁹ pas
sionem ⁊ vitam grece dictauit me
thodius: latine autē anastasius

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-147/0523
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG